

Iudic. 2. num. 14. Non vni hosti tantum traduntur...

76. August.

Quintò, fatuitas ponderatur à D. Augustino...

In mundiali- bus quidam tantum deli- ciarum gu- stus.

Genes. 3.

Chrylost.

77. Ambros.

Homines de- spiciunt Dei requiem, & sibi eligunt labores.

78.

Genes. 11.

Hieron.

Genes. 9.

ad quid tantum opus moliantur. Dixerunt filij...

Potius cum mundo vo- lunt homines laborare, quam requiescere cum Deo.

QVÆSTIO XII.

Quare tertius non postulat, vt excusatus habeatur, sed inurbane respondit, Non possum venire?

IN limine huius quæstionis notandum est, quod ait iste: vxorem duxi, & ideo non possum venire...

79.

Ambros.

Omnis con- sanguinitatis affectus pro Christo post- ponendus.

Num. 6.

Rabbanus.

80.

Gregor. Luxuria fa- ciat inurbanum, ac syl- uestrum.

Chryfolog.

Num. 5. Luxuria ho- minem reddit brutum.

Philo.

81.

Basil.

Quæstio præfens est; Quare hic tertius non rogat, vt excusatus habeatur, sicut duo primi fecerunt...

Secundò. D. Basilii. Non possum venire, ait, eo quod intellectus humanus vergens ad mundanas illecebras debilis est...

lùm carnalia æstimat; diuina autem cum non intelligat, parupendet, indèque cum ad caelestem mentem inuitatur...

Psal. 57.

Cassiodor.

81.

Homo libidi- ne desinetur ne ad Deum veniat.

82.

Ab vxoribus abstinendum vt ad Eucharistiã accedat.

Hieron.

83.

Exod. 3.

Puritas à puluere car- nis, vt ad Eucharistiã conueniat.

Nyssen.

omnis amictus pellicem, ac terrestis, & sordibus passionum æstus, vt ipsius, qui est cognitio posse suscipi. Tamen maxime in rem nostram; preme verbum. Solue. Depone à te, tuoque affectu ter- restria, ac carnalia, soluque à tua cogitatione obligationem debiti coniugalis, ac oneris nuptiarum, vt eximia puritate ad illud magnum myste- rium valeas accedere. D. Hieron. lib. 1. aduersus Iouinian. cap. 19. Moyses, ait, cum vidisset visionem magnam, & Angelum, sine Dominum loquentem in rubo, nequaquam valuit ad eum accedere, nisi so- luisset corrigiam calceamentis suis, & abiecit vin- cula nuptiarum. Pondera vltima verba; nam si vin- cula nuptiarum dignam sacramenti sumptionem non impediatur, tamen omnimoda puritas mi- nuunt decentiam, quæ expedit vt infinita Dei pun- tas sumatur, indèque dicitur, vt à sua cogitatio- re abiecit vinacula nuptiarum.

Hieron.

Puritas à ca- malibus ad Eucharistiã.

84.

Cùm Deus vellet dare populo suo legem in monte Synai, vt eam populus posset recipere, eius- que voces audire. Moysi ait Deus. Vade ad popu- lum, & sanctifica illos hodie, & cras lauent vestimen- ta sua. Exod. 19. num. 10. Quam sanctificationem ab vxoribus abstinentiam interpretantur Origene- nes homil. 11. in Exod. Abulenf. Hugo, Cornelius & alij, vt ipse Moyses se explicat ibidem n. 15. Et ponderat D. Hieron. citato loco ad Iouinian. Cùm omnis populus accessurus ad montem Sina, & Dei auditurus eloquium, tribus diebus sanctificari iussus, & se ab vxoribus abstinere. Lyrant. ad citatum Exod. Quia licet actus matrimonialis sit licitus, ta- men habet annexam quandam turpitudinem, quam oportet excusari per bona matrimonij; habet etiam annexam depressionem mentis propter vehementiam delecta- tionis carnis; unde dicit Gregorius: tanto mens à superno amore disjungitur, quanto inferius delectatur, & ideo ante susceptionem legis requirebatur magna munditia, & mentis eleuatio. Actus ma- trimonialis, quamuis licitus, & bonus sit, tamen ex vehementia delectationis deprimit mentem ad carnalia, & non sinit ad supernam Dei conuer- sationem euolare, & attendere ad superiora; & ideo ad recipiendam Dei legem, eiusque vocem indicitur abstinentia ab vxoribus, quanto magis huiusmodi puritas erit necessaria, non ad Dei vo- cem, illiusque legem, sed ad ipsummet legisista- torem suscipiendum in anima, vt ibi ei mansionis habitaculum præparetur. Quod argumentum maxime confirmat D. Bernard. Epistola 2. ad Tu- lionium. Sicut ignis, & aqua, ait, esse non possunt, sic spirituales deliciae, & carnales in eodem se non compatiuntur. Vt etiam probat hic D. Bonauent.

Exod. 19.

Origenes.

Abulenf.

Hugo.

Cornelius.

Hieron.

Lyrant.

Eadem puri- tas maxime probatur.

Luc. 14. n. 21. Et seruus nuntiauit hæc Domino suo. Tunc iratus Paterfamilias dixit seruo suo: exi cito in plateas, & vicos ciuitatis: & pauperes, ac debiles, & cæcos introduc huc.

VERSIONES.

Theophylact. Et veniens seruus ille, re- nuntiauit hæc Domino. Syriacus. Tunc excauit Dominus domus, dixitque seruo suo, exi cito in plateas, & vicos

vicos vrbis, hucque in-
troducito pauperes, &
dolore affectos claudos,
& cæcos.

Arabicis. Exi festinans in vias, ac vi-
cos ciuitatis, pauperes, &
debiles voca huc.

Arias. Pauperes, ac mancos, &
cæcos introduc huc.

EXPOSITIO V.

REVERSVS seruus. Dicitur seruus
nunciassse Domino suo, non quod
Deus eorū exultationes ignoraret;
sed, ait Euthym. propter parabole con-
sequentiā: moris enim is est, qui ad
vocandum aliquos emitti sunt: reuerti, ac renuntiare
de illis. Ac proinde pro adimplenda sui muneris
legatione dicitur. Nuntiauit hac Domino suo. Qui-
bus auditis. Tunc iratus est Paterfamilias. Ait Car-
thufian. propter tantam hominum ingratitudi-
nem; fecit cenam, vt homo, vt iam supra dixi,
nunc autem irascitur vt pater, qui habet amorem
erga filios, & irascitur, non vt vlciscatur de con-
temptu, sed vt beneficiendo, ac reformando
cuncta restauret: & cum audisset Paterfamilias,
quia cum essent corde, & animo in terris de fixi,
caelestis mensæ improporionati inueniebantur.
Exi cito. Erat enim conueniens horæ cenæ, quæ
parata erat, & ait. Exi cito. Sine vlla mora, Deus
diligentissimus, vt nobis beneficiat, suæque do-
na communicet. In plateas, & vicos ciuitatis, Pla-
teæ sunt viæ lateæ; vici verò angustiiores.

Sensus huius parabole iuxta D. Ambros. hic.
D. Augustin. ferm. 33. de verbis Domin. Titum
Bostren. Euthym. Theophylact. D. Bonauenturam
Glossam, & alios. Deus Pater per seruum suum
Christum Dominum, vel per chorum prædicato-
rum vocauit ad cenam regni caelestis Phariseos,
Pontifices; ac Magnates Iudæorum, qui eum ex
sua auaritia, ambitione, ac voluptate noluerunt
venire, vt patet in illis tribus se excusantibus; nunc
vocat alios ex eisdem Iudæis, & ideo dicitur, per
plateas, & vicos ciuitatis, vt recte notat Theo-
phylact. Quia Israëlita fuerunt intra ciuitatem, vt
qui legem susceperant, & ciuiliorem vitam sortiti.
Quosdam plebeios vulgares, & idiotas. Iuxta
illud. Publicani, & meretrices præcedent vos in re-
gnum Dei. Matth. 21. num. 31. Et quamuis Chris-
tus Dominus ab exordio Euangelij omnes simul
vocaerit Pontifices, ac principes Iudæorum, &
plebeios, & humiles. Pharisei tamen dicuntur
primi vocati, pro maiori elegantia parabole. nam
ad conuiuia viri illustriores primi vocantur; postea
vulgares. Deinde, quia Christus volebat, vt Phari-
sæi primi ex officio suo eum agnoscerent, &
eum agnitiū populo ostenderent vt verum Mes-
siam, ex eorum tamen malitia aliter factum est.
Per eos autem, qui erant per vias, & sepes extra
ciuitatem intelliguntur Gentiles. Vt sequenti
versu dicam.

In plateas, & vicos. D. Ambros. hic, vt de
larioribus viciis ad angustam venient viam. Man-
dat autem vocari eos, vt ait D. Cyrillus in Cate-
na Græca. Qui agri, abiecti in vicis, & plateis
iacebant, hoc est illi, qui ex Iudaica multitudine
habebantur infirmiores. Sicque ait, vt explicant

idem Cyrill. Beda, D. Bonauent. Carthufianus
Hugo. Pauperes. id est Dei gratia, ac spiritualibus
donis carentes. Debiles: ad agendum. Peccatum
enim vulnerat naturalia, ita vt vires animæ fiant
debiles ad actus virtutum. Cæcos. Veritatis notitia
destituta. Et claudos. Rectitudinem iustitiæ non
seruantes, seu instabiles, qui quasi in vtramque
claudicant partem, dum in nulla virtute constan-
tes existunt. Hos autem vocat D. August. ferm. 34.
de verbis Domini secundum Lucam. Quia. Non
venerunt, ait, diuites sani, quasi bene ambulantes,
& acute cernentes, multum de se presumentes; &
ideo desperatiores, quanto superbiore. Veniant men-
dici, quia ille inuitat, qui propter nos pauper factus
est, cum diues esset, vt illius paupertate mendici di-
taremur. Veniant debiles, quia non est opus sanis me-
dico, sed male habentibus. Veniant claudi, qui ei
dicant: compone gressus meos in semitis tuis. Veniant
cæci, qui dicant: illumina oculos meos, ne unquam
obdormiam in morte.

QUESTIO XIII.

Quare Paterfamilias cum irascitur, tan-
tam ostendit beneficentiam, vt clau-
dos, & cæcos vocet ad mensam?

RASCITUR Paterfamilias vt pater,
vt iam notauim in expositione, & tunc
eximiam benignitatem declarat; impe-
rans seruo, pauperes, cæcos, debiles introduc huc.
Cum iratus Deus ostenditur, iam putabam con-
uiuium dissoluendum, imò mensas ipsas euerten-
das, obserandas fores, ne vlli pateat locus ro-
ganti, vt facere solent homines irati. At Domi-
nus aliter hic se habet. Quæstio ergo præsens est,
quare hic bonus Paterfamilias cum irascitur tan-
tam pietatem, ac clementiam ostendit, vt clau-
dos, cæcos ad suam cenam inuitet.

Respondeo primò. Quod hoc factum est, vt
declaretur summa pietas, ac prouidentia Patris-
familias, quod quamuis primi voluerint venire,
non tamen inde ostium suæ beneficentiæ aliis
occludit, non enim priorum ingratitudine fati-
gatur, vt posterioribus non beneficiat. Ob vi-
tulū adoratum maximè iratus est Dominus in
populum Israël, vt eos disperderet; tamen voce
Moyfis placatus est Dominus, ne faceret malum, quod
locutus fuerat. Exod. 32. num. 14. In quo quieuit
Dei ira, in eo quod delinquentes à Diuina cle-
mentia sunt exclusi, quæ innocentibus commu-
nicata est, nam primi manibus Leuitarum sunt
morte traditi; secundi verò salui, & custoditi re-
seruantur, vt Dei beneficentia fruantur. Vnde ait
Rupertus ibi. Non indifcretè cæsi, sed cum iudicio
fuerunt puniti Israëlita.

Secundò. Aderat Dominus ad præsentiam suæ
mensæ sacramentalis, vt iam supra dixi ex N. Di-
uo Cyrill. Cuius panis est ille, vt ait D. August.
ferm. 33. de Verbis Domini in Lucam, qui de se
ipso ait. Ego sum panis viuus, qui de calo descendi.
Cum ergo Diuinis oculis esset obiecta Eucharis-
tica mensa, omnes iustitiæ rigores, ac seuerita-
tes in lagum pietatis, ac misericordiæ imbrem
commutati sunt.

Veniunt tres viri ad domum Abrahami, ex qui-
bus, vt docet D. Augustin. q. 33. in Genes. Vnum
cognouit Dominum esse, & alios duos Angelos,
offertque

Beda.
Bonauent.
Carthuf.
Hugo.

August.

Difficultas
quæstionis.

89.
Deus cum
irascitur in
vno, non ex-
cludit alios.

Exod. 32.

Rupertus.

90.
Cyrill.
August.

Figura Eu-
charistiæ ira
Dei desponi-
tur.

91.

Genes. 18.
August.

offertque eis prandium dicens. Ponam bucellam
panis, & confortate cor vestrum. & postea transibit.
Genes. 18. num. 5. Ex quo præclare dubitat
D. Augustin. quæst. sequenti. 34. in Genes. Quæ-
rit, ait, si Angelos intelligebat, quomodo potuerit
ad hanc humanitatem inuitare, quoniam refectio
mortalis carni necessaria est, non immortalis Angelo-
rum. Si ergo Abrahamus Dominum Angelorum,
ac Angelos agnoscebat, quomodo panes appone-
bat, ipse enim, vt valde præclare scientia, ac
sapientia optimè percipuum habebat, quod nec
Angeli materiali cibo vtuntur; ad quid ergo hu-
iufmodi oblati panes? Vidit Abrahamus Deum in
domo sua cum Angelis, Dominum cum ministris,
inceps, & perplexus hæsit, an ille aduentus esset
ad aliquam beneficentiam, vel pœnam, ad donum,
vel supplicium aliquod inferendum; vt res esset
vndique tuta, & secuta, ac immunis ab omni
periculo, determinat offerre ei panem Eucharis-
tiæ typum; sciebat enim, quod huius sacramen-
ti præsentia totius iustitiæ seueritas abigitur, om-
nisque pietatis, ac clementiæ benignitas conci-
liatur, ac allicitur; & ideo pro timore excluden-
do, vt misericordia certissime adesset, panes of-
fert in Eucharistiæ vmbra.

Vmbra Eu-
charistiæ do-
clinatur ira
Dei. & eius
beneficentia
descendit.

92.

Exod. 16.

Num. 11.

Vbi vmbra
Eucharistiæ,
ibi nulla pœ-
na, sed om-
nis misericor-
diæ.

Dupliciter populus per desertum Ægyptiorum
escas appetiuit. Primò. Quando egressi de Ægyp-
to mense secundo: quando dixerunt. Vinam mor-
tui essemus per manum Domini in terra Ægypti;
quando sedebamus super ollas carniū, & comede-
bamus panem in saturitate. Exod. 16. num. 3. Tunc
Deus Moyfi. Audiui murmurationes filiorum Israël,
loquere ad eos: vespere comedetis carnes, & mane
saturabimini panibus. Ibidem. num. 12. Factum est
ita, vespere ascenderunt coturnices, ex quibus
vescentes repleti sunt Israëlita; mane verò descen-
dit manna, ipsi gaudentes, nulla pœna afflicti
pro murmure facti; secundo desiderio carniū
flagrauerunt in deserto Sinai, murmurantes con-
tra Dominum, quorum votis annuus Deus,
ascendere fecit multas coturnices super castra, ex
quibus saturati sunt Israëlita. Tamen. Adhuc car-
nes erant in dentibus eorum, & ecce furor concitatus
in populum, percussit eum plaga magna nimis. Num.
11. num. 33. Cur quando primo auide capiunt car-
nes non puniuntur, maximè verò hac secunda vice.
Cum primo auent Ægypti cibos simul cum
eorum murmure manna Eucharistiæ typus obie-
ctum est Diuinis oculis. Vespere comedetis carnes,
& mane saturabimini panibus. Et cum tanti myste-
rij figura inest, omnis Diuinus furor est mitigatus,
& extinctus; At verò in deserto Sinai ascendit po-
puli murmur coram Domino nulla astante Eu-
charistiæ vmbra, indeque omnis castigatio in
eum dissoluta est; Ecce furor concitatus in populum.
Vna Eucharistiæ figura à diuinæ iustitiæ seuerita-
te omnibus tutamen, & præsidium, cuius absen-
tia vniuersa plaga, ac deuastatione inuoluuntur.
Vide supra cap. 2. num. 135. & tom. 3. cap. 15. q. 22.
p. 174. 175. & 176.

QUESTIO XIV.

Quare de plateis vocantur homines debiles,
claudi, & cæci, cum haberent impe-
dimentum ad veniendum?

93.

IT Dominus seruo, exi in plateas, & vicos,
non mandat vocari homines domi abscon-

ditos, sed in plateis, ac vicis commorantes;
quod ponderans. D. Gregorius homil. 36. in Euan-
gel. Cion de vicis, & plateis, ait, ad cenam quos-
dam Dominus inuitat, illum videlicet populum desi-
gnat, qui tenere legem sub vrbana conuersatione no-
uerat. Non inuitat ad mensam homines rusticos,
agrestes, dami caterata, ac rugosa fronte abstru-
sos, sed homines vrbanos, comptos, politicam
legis conuersationem in plateis tenentes. Vnde
D. Basilii Seleucus Orat. 30. Christianam doctri-
nam, appellat, nouam, & de calo allatam potiriā.
Aliter explicat D. Ambros. in præsentī. Misit ad
plateas, inquit, quia misit ad peccatores: vt de lu-
rioribus viciis ad angustam viam venirent, qua ducit
ad vitam.

Deus homi-
nes vrbanos
ad mensam
vocat.

Basil. Seleu.

Ambros.

94.

Ambros.

Beda.

Voluptatis
illecebra in-
mnia peccati.

95.
Gregor.

Gregor.

Cyrillus.
August.
Dignitatem
ab alijs reu-
tam solus
pauper ad-
mitte.

96.

Qui est sa-
nu, vt mun-
dum sequa-
tur, sit &
sanus, vt
Deo adha-
reat.